

modè Termini inter discentes à præceptore sic distribuuntur, ut unus hujus, alius alterius termini historias memoriter recitare possit. §. 13. *Part, General.* & quia interrogando excitatur iudiciū, (v. præfat. ubi de Exemplo Socratis, unde *Jonstonus* in *Idea Hygieines Collegia Interrogatoria commendat*) jubeantur ipsi casus applicare ad terminos & contra. Detur & opera, ut pro pluribus terminis fiat unus casus, ut tanto plus connexio memoriam juvet. His poterunt impendi menses 2<sup>i</sup>.

§. 95. Post Terminos sequantur *Præcepta Elementaria*, ea, cum omittenda sint quæ ex Terminis ipsis manifesta sunt, & cuilibet rustico patent, si terminos intelligeret; remanebunt pauca ferè in solennitatibus tantùm consistentia. Omittendum præterea est Ius vetus & abrogatū (ut diximus supra §. 23.) Cujus rei ratio reddenda est hoc loco; Erunt enim fortasse nonnulli qui vulgari modò à *Iustinianæis Institutionibus* inci-